



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 51. Regressus Wolfgangi Guilielmi Ducis Neoburgici ad fidem
Catholicam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. potuerint, qui occasione hujus depofitionis fuiſſet trucidatus: nec ullo unquam tempore Eccleſia definierit, quod ejus Capiti in Regum vitam & Regna jus competat. Percepta autem Præfulum pertinacia, qua ſeſe Tertii Ordinis postulato oppoſuerant, haud modice gavifus eſt Paulus V. Pontifex Maximus, qui ea de re Univerſo Clero Gallicano grates rependit, tranſmiſſis ad eum Apoſtolicis literis, quas Præfulibus congregatis Sedis Pontificiæ Nuntius lætanter tradebat; mox vero univerſus Eccleſiaſticorum Ordo reſponſum omni ſubmiſſione atque obſequio plenum ad Papam dedit, ſpondens, quod cunctis, quos fidei hoſtes moturi eſſent, auſibus fortiter ſeſe opponere, atque in Eccleſiæ triumphum vertere velit. Pariter non minus obſequioſum reſcriptum Pontifex ad Nobilium Ordinem hanc in rem tranſmiſit; de ejus tamen reſponſo nihil nobis conſtat.

§. LI.

Regreſſus Wolſgangi Guilielmi Ducis Neoburgici ad fidem Catholicam.

Carafa
Germ. Sacr. Solida magis lætitia Catholicam Eccleſiam, ejusque ſupremum Paſtorem ac Pontificem Paulum V. affecerat
pag. 52.
Fanſon. Con-
tin. p. 443.
l. 5. tom. 7. ſince

sincera Lutheranae sectae abjuratio, qua Saec. XVII.
 facta Comes Palatinus Rheni, Dux A. C. 1614.
 Wolfgangus Guilielmus Neoburgicus
 ad Danubium Princeps die vigesima Merc. Gall.
 quinta Maij, Dusseldorpii publice Or- tom. 10. 1. 2.
 thodoxum se professus est. Jam du-
 dum huic Principi Lutheri sordes, qua-
 rum lutulentam farraginem in ejus li-
 bris olfecerat, desipere incipiebant, ma-
 gis autem suorum Pastorum doctrinam
 sibi suspectam habebat, postquam in ut-
 roque Ratisbonensi Colloquio eorum Vid. Supra
 fraudes & praevaticationes coram au- Lib.
 diisset, atque ex lectione librorum Ca- CLXXXV.
 tholicorum verae Ecclesiae antiquitatem, S. 35.
 sanctitatem, concordiam ceterasque il-
 lius praeclearissimas dotes perspectas ha-
 buisset. Ne vero tum illico Religionem,
 quam animo amplexatus erat, exte-
 rius profiteretur, obstabat adhuc Pa-
 rentum, amicorum, Principumque of-
 fensa, sectariorum oblocutio, incon-
 stantiae suspicio, tumultus formido, at-
 que insidiarum periculum. Tandem
 vero, cum verae fidei luci haud ultra
 oculos occludere posset, unacum con-
 juge sua Dusseldorpium contendit, ubi
 a Praecone Lutherano, quod integro
 abhinc anno, & ne paschate quidem ad
 Coenam Dominicam accessisset, inter-
 pellatus, proxima die Dominica se ac-
 cessurum respondit: Enimvero dicta die,
 quae

Sæc. XVII. quæ Triadi Sanctissimæ Sacra erat, de
 A. C. 1614. tracta larva, editaque publice fidei Ca-
 tholicæ Professione SS. Eucharistiæ Sa-
 cramentum e manibus Pro - Episcopi
 Colonienſis unacum uxore ſua in Paro-
 chiali Templo recepit, Lutheranis fa-
 natico furore percitis, & gaudio exul-
 tantibus Catholicis. Habita deinde eſt
 ab ejuſdem Eccleſiæ Decano pereleg-
 gans Concio ex Joannis capite tertio,
 in qua ſimul etiam cauſæ, cur Dux ad
 Romanæ Eccleſiæ caſtra redierit, ex-
 ponebantur: Poſtea pomeridiano tem-
 pore Wolfgangus Chriſmatis Sacramen-
 to publice fuit confirmatus, & quarto
 poſt die, quem auguſtiſſimo atque an-
 niverſario ritu, Sanctiſſimo Chriſti Cor-
 pori Sacrum voluit Eccleſia, ipſus nu-
 dato capite cereum ardentem manu ge-
 ſtans devotiſſime publicam ſupplicatio-
 nem comitabatur. Hæc ubi inaudit
 Philippus Ludovicus Ducis Parens,
 rem ægerrime ferebat, nec tamen ejus
 preces aut minæ animi conſtantiam
 frangere, aut eum impedire poterant,
 quo minus, Jacobo Hailbrunero, Lu-
 therano Concionatore aulico unacum
 Lutheri Bibliis abire juſſo, Palatii ſui
 Sacellum Sacerdotibus Catholicis tra-
 deret, & poſt trimeſtre mortuo ſuo
 Patre, in Ducatum Neoburgicum Catho-
 licam fidem poſtliminio reduceret. Hanc
 in

in rem Provinciæ comitia indixerat, in Sæc. XVII. A. C. 1614.
 quibus Religionis causam potenter agens, cunctos ad exempli sui imitationem hortabatur, nonnullos vero, quos sectæ suæ fanatico abreptos ad seditionem pronos experiebatur, aula exactos Officiis etiam suis amovebat, ejus vero Matri, quæ vehementer commota erat, plus Deo quam Parentibus obtemperandum respondens, suæ sectæ libertatem in aliquo arcis coenaculo exercendam reliquit, ille autem ad arcem Hochstadianam discessit, Fratrum vero alter Solisbacum, alter Hilpoltsteinium, ditionem, testamento Patris eidem designatam contendit.

§. LII.

Wolfgangi Ducis edictum de non turbandis in Religione subditis.

Cum Wolfgangus Dux insperatam hanc Merc. Gall. tom. 10. l. 2.
 Religionis mutationem suis non modo Aulicis, ac Consiliariis, sed & Regionum istarum incolis Lutheranae sectæ addictis haud gratam fore, probe cognosceret, ut turbas inde orituras præverteret, suosque subditos præcipue Juliaceses in Officio contineret, edictum de non turbandis in Religione subditis die decima quarta Junii promulgabat, hujus tenoris: „Non modo
Hist. Eccles. Tom. LV. X ad